



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 483. Usque Ad Annum 561.

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117824

§. 45. Theodreti Imago honoratur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66066](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66066)

Sept. 519. Seleuciam delatus est, atque Sæculum VI.
inde navigavit Alexandriam, ubi junctus A.C. 519.
est Juliano Halicarnassensi, jam antea
jubente Imperatore Sede sua pulso, quod
Concilium Calcedonense rejiceret. Se-
verum & Julianum amicissime excepit
Timotheus Episcopus Alexandrinus, qui
Dioscoro Juniori successerat. Impera- *Theoph.*
tor Xenajam quoque Hieropolitanum, p. 142.
Petrum Apamiensem, omnesque eorum
complices in Exilium ejecit.

§. XLV.

Theodoreti imago honoratur.

Haud diu post hæc, allata sunt ad Im- *Conc. v. Coll.*
peratorem Justinum Acta coram De-7 p. 560.
fensore Ecclesiæ Antiochenæ conscripta.
In iis referebatur ; priusquam Sergius
Episcopus Cyrensis urbem ingrederetur,
Andronicum Presbyterum, & Defenso-
rem, & Georgium Diaconum, Theodo-
reti Imaginem Currui impositam unacum
ipso inter Psalmos in urbem introduxisse.
Ipsum deinde Sergium, postquam Sedem
Cyrensem cepisset, Festum ad honorem
ejusdem Theodoreti, Diodori Tarsensis,
Theodori Mopsuesteni, & Nestorii Hæ-
resiarchæ, quem Martyrem appellabat,
celebrasse. Econtra Delegati, quos Ser-
gius miserat, Imperatori Acta alia coram
Defensore Cyrensi conscripta tradide-
runt; nunquam nomini aut honori Ne-
storii

Sæculum VI. storii cujusquam festa vel denunciata,
A. C. 519. vel celebrata fuisse. Insuper Sergius a
 liique Provinciæ ad Euphratem Episcopi
 obtulerunt Imperatori Libellum, in quo
 damnabant Nestorii Memoriam, Secta
 ejus renunciabant, & quatuor Concilia
 recipiebant.

ibid. p. 550. His Actis coram Imperatore lectis,
 scripsit Hypatio Militiæ in Oriente Ma-
 gistro, jubens, ut coram se citaret Ser-
 gium Episcopum Cyrensem, milites, qui
 in Actis Judicij Antiocheni testes addu-
 cebantur, Andronicum Presbyterum, &
 Georgium Diaconum accusatos, quod
 Imaginem honorassent. In factum istud
 exacte inquireret, itemque an Episcopus
 Sergius hoc comperto tamen istos Cle-
 ricos ad Communionem Sacrorum My-
 steriorum admisisset; an pollicitus fuisset,
 se Festum Theodoreti, Diodori & præ-
 primis Nestorii celebraturum. Epistola
 hæc septima Aug. Rustico Consule, id
 est, anno 520. data erat. Imperator u-
 num ex Ministris suis Thomam nomine
 misit, qui hæc mandata perfici curaret,
 cumque Sergius Episcopus fuisset con-
 citus, depositus est, & Ecclesia ejectus.

§. XLVI.

Legatis Theffalonicæ vis infertur.
Sug. Germ. p. 1509. Dorotheus Episcopus Theffalonicensis,
 Synodo, ut Legatis promiserat, con-
 vocata,